



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Godeleva Mart. 6. Iulij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

populus, iniquius invidia oculis spectavit. Quare more suo subornavit, qui apud Archiepiscopum innocentiam ejus insimularent. Gemini erant e fraudibus & mendaciis compositi. Eos GOAR ad se venientes, ut vindictam Christianam sumeret, amicè accepit & ad mensam invitavit. Sed eadem invidia, quæ non nisi infelicitate GOARIS pasci, nec bibere nisi huius sanguinem avebat, respuit aliis famem aut sitim pellere. Quare ex itinere defecissent scilicet, nisi semper ad vindictam vigilans GOAR feras Christi imperio advocasset, & earum lacte recreatos hostes animam sibi fecisset debere. Ad tribunal Archiepiscopi ubi ventum, luce clarius meridianâ apparuit innocentem esse GOAREM, quando pallium suum in ipsius solis radiis suspendit. Adhuc ex puero projectio cum jussu Archiepiscopi nomen parentis quæfisset, ecce facundissimus infans lingua digitoque ipsum Archiepiscopum prodidit. Erat hoc scilicet absolvere reum & iudicem damnare. Quare populus ad insulam GOAREM velle vocare, & cum respiceret, vim amicam inferre. Sed ab hac iterum illum ægritudo absolvit, quam precibus à cælo extorrit. Præstare creditit morbo quam ambitione labore. Ex Surio.

Procul contentiones, procul lites, procul maledicta  
mittantur, & quia laqueus est mortis lingua su-  
furronis & bilinguis, parcat unusquisque anima-  
sue, ne in supplicium suum vincula sibi mortis in-  
nectat. Ama pacem & tranquilla sunt omnia, S. Pet.  
Chrysol. serm. 53.

S. GODELEVA MART. 6. Iulij.  
**Q**Voties fallit Amor, positâque larvâ tyran-  
num se ostentat? Ecce hic etiam dies exem-

plum  
bland  
perib  
item j  
volum  
amor  
jam n  
absen  
eneca  
unicu  
tiâ ad  
grati  
paupe  
dum  
artipe  
posuui  
Bertu  
vulis  
ille de  
vit. V  
Nam  
erant  
super:  
à par  
hum  
gemin  
pretic  
rum e  
Li,  
cum  
bus ca  
ad te  
Iudic  
tit.

plum oculis exhibet. Adverte animum quisquis blanditiis ejus credis neque fallacias caves. Deperibat GODELEVAM nobilem virginem nobilis item juvenis Bertulphus. Verum cum primum ex voluntate parentum domum Sponsam deduxit, amor illi omnis in odium degeneravit, & primâ jam nocte aspectum non sustinuit ejus ferre, cuius absentiam mortem nuper crediderat. Quare vel enecare, vel certè à sese abigere aggressus, non nisi unicum panem quot diebus dedit. At illa patientia ad omnes injurias obarmata, cùm multa animi grati significatione accepit, & hunc ipsum cum pauperibus sibi communem esse voluit tam diu, dum fugam ad parentes nudis pedibus coacta fuit attipere. Cæterū cùm sacri homines sese interposuissent, iterum domum GODELEVAM duxit Bertulphus, sed efferendam. Si quidem binis servulis ad omne scelus exercitatis, ut laqueo, dum ille domo abit, suffocarent innocentem, imperavit. Virtuti cælum pluribus portentis parentavit. Nam panes, qui sub funebrem diem in miseros erant spargendi, in furno numerum suum longè superaverunt. Aqua, in quam abjectum funus erat à parricidis, medicinam morbidis propinavit. Ipsa humus in loco supplicii egesta in lucidissimas gemmas abiit, ne amplius quisquam dubitaret pretiosam in conspectu Domini mortem sancto-  
rum esse. Ex Surio.

*Libidinis vitium expelles, si orationi assidue in-  
cumbes & sobrietati; si mentē à malis cogitationi-  
bus cohibebis; si nullum proferes vanum verbum, se  
ad templum accedes frequenter, si mortem & diem  
Iudicij identidem recogitabis. S. Ephrem de vit. Spi-  
rit.*

S. WIL-